

**6056** dis manibus | M. Quintilio M. f. | Pol. Vibiano | immuni honorato, | curatori XVI<sup>1</sup>, M. | Quintilius Vibianus et | M. Quintilius Besidianus | patri suo, item Quintilia | Iarine optimo et bene | de se merenti patrono et | coniugi, permissu pientis|simorum tribulium aram | posuerunt, vixit ann. LV. | Hil. ser. cur.<sup>2</sup>

*Romae (VI 10214 cf. Notizie degli scavi 1896 p. 290). — 1) Curatori decimum sextum sc. corporis tribulium. — 2) Hilarus servus curavit.*

**6057** (*ascia*) dis manibus | P. Aelio P. fil. Bellenio Aristoni electo ob | fidem et industriam suam a tribulibus tribus | Palatinae corporis seniorum clientium<sup>1</sup> perp.<sup>2</sup> | scribae et viatori et in ea administratione ita | versato, ut universi tribules qui advivente eo dono | delphicae<sup>3</sup> aerae cum omni cultu exornatae, sed et | testamento divisione exequiarum eius | honorati sunt, tam integrum et industrium | virum amissum dolerent. | P. Aelius Bellenius Aristo filius patri carissimo et | Claudia Quartilla coniugi carissimo, cum quo | vixit annis XXVI mensib. VIII die I, perseverante | inter se concordia in diem quo cum eo vivere licuit, et | sibi et sorori fratribusque suis, et Claudiae Primae | posteris et libertis libertabusq. posterisq. eor. fecer.

*Romae (VI 10215 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Cf. N. 6048. — 2) Perpetuo. — 3) Sc. tripodis.*

**6058** d. m. | (*vir in lecto recumbens*) | M. Blossi Felicis | viatori trib. Pal. | corpore August.<sup>1</sup>, | Pacuvia Soteris | coniugi suo et | M. Blossius Speratus | patri patrono | b. m. fecer.

*Romae (VI 10216 vidit Henzen). — 1) Viatori tribus Palatinae corpore Augustali.*

**6059** d. m. | M. Antoni Iuliani, Augustali | immun. Misen. | item August. Cum.<sup>1</sup>, | adlect. trib. Palat.<sup>2</sup>, | vixit ann. XXV | m. X. d. V, Val. Redempt. mat.

*Miseni rep., est Neapoli (X 3676 vidit Mommsen). — 1) Cumis. — 2) Adlecto tribui Palatinae.*

**6060** dibus securis | M. Salluvi | Felicissimi | Heraclitiani tribu | Esq. corpore Aug.<sup>1</sup>, | puero piiss. et dulciss., | M. Salluvius | Antiochus pat. fec. et sibi, | vix. ann. XII men. III dieb. XI.

*Romae (VI 10217 bis vel ter descripta saec. XV. XVI). — 1) Tribu Esquilina corpore Augustali.*

**6061** d. m. | C. Iuli Valeri Luciliani tribuli | tribus Palatine corp. iunioris<sup>1</sup>, qui | vixit annis quinque meses VII dies VIII. | Iulia Calliroe mater filio dulcissimo.

*Romae (VI 10218 viderunt Smetius aliique). — 1) minoris nonnulli. Corp. iuniorum Iuvenal. in tribu Palatina, supra N. 525.*